



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

6. De timoris Dei natura, conditionibus, & fundamentis. 6. p. med. 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

sicque implendum illud sibi à Patre  
promissum, & per Isaiam prædictum :  
*Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitan-*  
*das tribus Iacob, & faces Israel conuerteren-*  
*das. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis*  
*salus mea usque ad extremum terra. Af-*  
*fectus ijdem.*

- |  |                        |             |
|--|------------------------|-------------|
| De Timoris Dei<br>natura, conditio-<br>nibus, & funda-<br>mentis.<br>De actibus Timo-<br>ris Dei, & inci-<br>tamentis. | } 5. p. medit.<br>} 6. | VI.<br>VII. |
|--|------------------------|-------------|

7. Hebd.

Dominica VII. Post Trinitatem. post  
Trinit.

De septem Panibus. Marc. 8. I.

I. C Onuocatis discipulis ait Iesus :  
*Misereor super turbam, quia ecce*  
*iam triduo sustinent me, nec habent, quod*  
*manducent : & se dimiserunt eos ieiunos in*  
*domum suam, deficient in via. Si miseri-*  
*cors & miserator Dominus tam solli-*  
*citus est de auertenda fame corporali*  
*ab ijs, qui se triduo fuerant secuti:*  
*quanto solicitor erit de propulsanda*  
*fame spirituali ab ijs, qui tota vita*  
*illi adhærere medullitus concupis-*  
*cunt?*